



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **B. Alberti Doctoris Magni ex Ordine Prædicatorum Episcopi Ratisponensis De Adhærendo Deo Libellvs**

**Johannes <de Castello>  
Albertus <Magnus>**

**Antverpiae, 1621**

Cap. XLV. Albertus iam senex sibi mortem sciens imminere, quotidie visitat sepulchrum suum, legens Vigiliis Mortuorum pro se; & de obitu ipsius ac sepultura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44148**

ipsum multum dilexerat, compassionis affectu lacrymatus est.

## CAPVT XLV.

*Albertus iam senex sibi mortem sciens imminere, quotidie visitat sepulchrum suum, legens Vigilias Mortuorum pro se; & de obitu ipsius ac sepultura.*

**I**TAQUE venerabilis Pater Albertus tali signo sui recessus certificatus, ex tunc numquam aliquid scripsit; sed quasi puer innocens & columbinus inter Fratres, quamdiu superuixit, conuersatus est, orationibus continuis insistendo. Nam locum suæ sepulturæ quotidie visitans, Vigilias Defunctorum pro se, iam mundo mortuus, dicebat. Post hoc autem, breui temporis spatio interiecto, anima illa laboriosa & sancta carne soluta est: anno siquidem Domini M. CC. LXXX. quintadecima die Nouembris, consummatis vitæ suæ annis octoginta septem, gloriosus senex in cella sua sedendo super sedile, circumstantibus eum Fratribus, ac orantibus,



bus, vbertimque flentibus, in Colo-  
niensi Conuentu feliciter in Domino  
obdormiuit; completis verò in Ordine  
Fratrum Prædicatorum annis ferè se-  
ptuaginta. Congregatione igitur facta  
omnium Collegiatarum Ecclesiarum  
in Colonia, necnon Nobilium in circui-  
tu per Dominum Siffridum Archiepi-  
scopum sæpè dictum, solemniter ac di-  
gna cum veneratione tumulatur in  
Choro Fratrum Prædicatorum ante  
Altare maius. Epitaphium verò lapidi  
inscriptum quo sepulchrum clauditur  
istud est: *Anno Domini M. CC. LXXX.*  
*XVII. Kal. Decembris, obiit venerabilis Do-*  
*minus Frater Albertus quondam Ecclesia*  
*Ratisponensis Episcopus, Ordinis Prædica-*  
*torum Magister in Theologia. Requiescat*  
*in pace, Amen. Aliud autem Epitaphium*  
*dependens ad sepulchrū ipsius tale est:*

*Phoenix Doctorum, ac paris expers,*  
*Philosophorum*

*Princeps, verborum vox fundens dog-*  
*ma sacrorum*

*Hic iacet Albertus, præclarus in orbe,*  
*disertus*

*Præ cunctis, certus assertor in arte re-*  
*pertus,*

*Maior*



*Maior Platone, vix inferior Salomone.*

*Quem tu Christe bone Doctorum iun-  
ge coronæ.*

*Annis bis denis minùs actis mille  
trecentis*

*Christi nascētis, de corporis exit habenis*

*Quinta post festum Martini luce, mo-  
lestum*

*Omne, petendo Deum, transiit; agens  
iubileum.*

*Qui legit hos versus, mox ad tumultum  
retrouersus,*

*INCLINA dicat Collectam cum RE-  
QUIESCAT.*

### CAPVT XLVI.

*Quòd miracula fecit in vita, quæ ta-  
men in particulari non sunt scri-  
pta propter negligentia Fratrum.*

**Q**VAMVIS autem miracula multa  
venerabilis Albertus in vita per-  
fecerit, scripto tamen in singulari non  
sunt commendata ex incuria Fratrum:  
nam & de beato Patre nostro Domini-  
co legitur quòd multa miracula per ip-  
sum facta obliuioni tradita sunt ob Fra-  
trum